

Honor novissimus

Matronæ pientissimæ, omniq; Virtutum
laude Ornatisimæ

57

Dn. ANNÆ natalibus EN-
GELIÆ,

Spectabilis & Prudentissimi olim

VIRI


Dn. CHRISTIANI
CLOSMANNI,

Scabini & Mercatoris Thorun. Pri-
marii, relictæ Viduæ hone-
stissimæ,

Anno Dn. 1688. ætatis 57. die 25. Martii piè
in Christo denata, & 29. hujus, honorifi-
cè ad divæ Virginis humate
exhibitus

Rectore, Professoribus
& reliquis Docentibus
in Gymnasio Thorun.

Thorunii typis excudit Christianus Bekk, Gymn. Typ.



Ad pie Defunctam.

Dum LÄTARE suum celebrat pia Concio Christi,
Occidis, & molli contumularis humo:
Aet tuus in DOMINO lätatur Spiritus, atq;
Sedibus æthereis gaudia mille capit.
O te felicem, qvæ sic lätaris in axe,
Et cœli in portu syave celeusma canis.
In Domino lätare tuo sine fine modoq;
Perpetuamq; polo percipe lätitiam.


f. c.

Paulus Hofmann / D.

Christianorum pietas furentem
Non timet mortis rabiem, rotundo
Ore Salvator velut exsecrandis
Dixit Apellis.

Nam simul Mundi pereuntis ægram
Deserunt scenam, Superum beatas
Occupant sedes, liqido salutis
Fonte fruuntur.

Gaudio



Gaudio pleni sine fine regnant,
Sentiunt nullos hominum labores,
Nec malis unqvam cruciantur, utq;
Sidera fulgent.

Spes eorum res, Fidei triumphus,
Charitatis flos, Operum bonorum
Integris plaustris capiunt ovantes
Præmia cœli.

Talibus donis radiat benigna
Pauperum nutrix, Scholiciq; mater
Pulveris, CLOSMANNIA, Fœminarum
Stella piarum.

Vivit in cœlo, Genios triumphat
Inter electos, celebrat Jehovam
Canticis, raræ bonitatis ampla
Præmia carpit.

Vivet in terris etiam, canetur
Versibus vatum, reticebit ætas
Nulla MATRONÆ meritos honores,
Pulchraq; facta.

Ergo jam nemo lacrymis obortis
Planctibusq; Illam riget indecoris,
Nemo lëtantis gemitu molesto
Gaudia turbet.

Filium

Filium divina manus relictum
Protegat, soletur, amet, gubernet:
Matris ut semper benedictione
Rite fruatur!

In honorem p̄ie defuncta, & solatum
relicti Filii condolens scrib.

Wenceslaus Johannides,
Gymn. Thorun. P.P.

Felix, qvi fragilis vitæ statione relicta,
Pertæsus claudit cum Simeone dics.
Non hunc livor edax, nec amaræ rædia vitæ
Difficili stringunt compede solicitum.
Omnibus ast curis exemus, in æthere carpit
Permixta Angelicis gaudia mille sonis.
Ergo qvis videat Tibi jam MATRONA, qvietem,
Qvam Tibi Mors peperit, qvam dedit ipse DEUS?
Hujus in amplexus Te mors pia duxit, ut ulnis,
Ut sancto posthac exciperere sion.
I, pia Te qvo fata vocant: M̄ens enthea cœlo
Regnet, at interea molliter ossa cubent.

Deprop. LMQ.

M. Johannes Sartorius.

Epitaphium.

Scircus cupis misero jaceat qvæ funere raptæ,
qvæ niger tumulus pallida membra tegat

CLOS-

CLOSMANI qvondam conjux est dicta celebris,
qvi fuerat nostri gloria lausq; soli.
Illam qvi deflet crudeli morte peremptam
errat, & incerta stat remeatq; fide.
Haut prorsus letho tristi cecidisse putanda est,
nam pietas illam vivere in orbe facit.
Vivit in eximii mellito pectori Gnatii,
Vivit & his nostris versibus ipsa diu.

doloris ergo posuit

M. Martinus Bohm / P.P.

LÆTARE,
PIA ANIMA,
Gabrielum Archangelum comitem noctis,
qvo cum a caducis ad eterna abis.
LÆTARE,
nostræ salutu iniisia nunciantem,
finem misericordiarum facientem.
LÆTARE,
alterum solem in Ariete,
in Virgine alterum versantem:
Illum, equale nunc pondere noctem cum die libranteis;
Hunc, novo mirante, eterna seminarent gaudia,
ad qvæ, natus quartus delata, eternum.
LÆTARE,
PIA ANIMA.

Ipsa Dominica Lætare PAULUS PATER. P. P. posuit.

Der Seeligen Frauen letzte Rede
an die Ihrigen.

Was wisten lieber Sohne Ihr Freund' und liebste Meinen?
Was wollt ihr meinen Tod so schmerzlich doch beweisen?
Ich

Ich leb' alhier in Gott / mein Jammer / meine Noth/
Mein Schmerz / und Kummer stirbt / ich aber bin nicht tot.
Mein Elend das beweint: Gott lob / ich bin gekommen
Aus Trübsal zu der Freud / zum Haussen aller Frommen
Wo alles Leyd auffhdrt; wo weder Krieg noch Streit/
Noch einig Ungemach hin kommt in Ewigkeit.
Komt es Euch etwan vor / ihr wäret mein beraubet/
Dies wäret kurze Zeit / Ihr meine Liebsten glaubet/
Wir werden wiederumb / ohn' alle Klag und Peyn/
Ein ander sehn / und auch bysammen ewig seyn.

Seiner hochgeehrten Frau Gefatterin/
schrieb dieses zu Ehren

Michael Bapzihm.

Justa tui luctus ratio, moestissime Amice,
Proh dolor! & toto pectore vulnus alis.
Dum subito rapiant truculentæ spicula mortis
Dilectam Matrem, deliciasq; tuas.
Quæ fuit in vita veræ pietatis amatrix,
Et pura; coluit Religione D E U M.
Inq; statu viduo multis benefecit egenis,
Et panem miseris præbuit ipsa lubens.
Cujus & affectum cantabunt Tempa Scholæq;,
In nostris animis fama perennis erit.
Pone modum lacrymis, Charissime, pelle dolorem,
Naturæ lex est nascier atq; mori.
In cælis tua nunc Mater secura triumphat.
Complexu in medio contuitq; D E I.

Condol. f.

Georgius Lehmannus,

Gymn. Coll.

Cur

Cur gelidus, RÖSTMANN / surgit Tibi pallor in ore.
Raucaq; pro dictis murmur a lingva sonat;
Ah! dilecta, inquis, Genetrix discedit ad umbras.
Meq; suum Gnatum deserit exanimem.
Ast Pullate Tuos procul hinc depelle dolores,
Nec Tibi perpetuus langvor in ore siet:
Ipsa Parens etenim summum Tua scandit Olympum,
Numen & æternum cum Jove læta capit.
Hoc superest, corpus vitâq; & sangvine cassum,
Ut placide ingesta contumuletur humo.

Condol. apposuit,
Johannes Burschot/
Gymn. Collega.

S O N N E Z.

Rede der Seelig Verstorbenen.

W^ede du falsche Welt, den Himmel hab' ich funden/
Der mich nunmehr erquickt / nach schwerer Ereuges Last/
In dir war Angst und Noth / hier find ich Ruh und Rast.
Unseelig ist fürwahr der von dir wird gebunden
Mit schindder Eitelkeit. Ach wie viel Unglücks-Stunden
Muß er gewärtig seyn / in dir / du arge Welt!
Drumb geb' ich dir Valet / dein Thun mir nicht gefällt.
Ich hab nun ritterlich durch Christum überwunden/
Ich sitz in solher Ruh / ein End hat all mein Leiden/
Mein Läbsal ist / daß ich / in dieses Himmels-Auen
Nun ungehindert kan den grossen GÖTT ansehen.
Du weinest zwar umb mich / mein vielgeliebter Sohn/
Stell' aber solches ein ; denn jetzt den Gnaden-Lohn
Mein JESUS giebet mir / mit Himmels-tausend Freuden.

Dieses wenige schrieb mitleident
Christophorus Woyt, Præc. Claff.
Dem

Dem Schatten ist der Mensch nicht unricht zu vergleichen/
Der / wenn sein Leib nur weicht/ auch selber mit muß weichen:
Der Mensch ist nur ein Traum / ein rechtes Jammer-Bild
Mit Kreuz und Traurigkeit umbnebelt und umbhüllt.
Wer ist wol unter uns / der / wenn er sich betrachtet/
Nicht gerne diese Welt / und ihre Lust verachtet/
Und sehnet sich dafür nach jener Himmels-Freud/
Die ewiglich besteht ohn alles Trauer-Leyd.
Sie hat o Seelige diß auch gar wol erwogen/
Drum hat Sie Gottes Hand numehr der Welt enhogen;
Und weil Sie hat veracht der Welt Vergänglichkeit.
So krönet Sie anzt GOTT mit Unsterbligkeit.
Ihr todter Leib der sich ins Grabes Höl jetzt strecket/
Der Ruhe-sanss und wol / biß daß ihn Gott erwecket/
Alsdenn so müsse er / verkläret auferstehn
Und mit viel tausenden ins Paradies eingehn.

Daniel Raulpersch /
Gymn. Coll.

